

## PSALMVS CXI.

*Titulus, et Argumentum.*

Alleluia, reuerſionis Aggaei, &amp; Zachariae.

**H**IC Psalms rectè coniungitur ſuperiori, quia laudat virum iuſtum, ut ille laudabat Deum. & eſt alphabeticus, continens viginti duos verſiculos incipientes à literis alphabeti ordine poſiti. Eandem quoque habet titulum, Alleluia, apud Hebraeos & Graecos: ſed apud Latinos, iuſte Auguſtino, ad iunior hac verba, Alleluia, reuerſionis Aggaei, & Zachariae. Videtur enim Dauid in ſpiritu prouidiſſe, Aggaeum, & Zachariam poſt expletum tempus captiuitatis, rediſſe ad populum eumq; admoniſſe, quantum ſi felicitas viri iuſti, & timentis Deum; ut hoc exemplo exhortetur alios ad probitatem, vt non incidant in ſimilem captiuitatē.

EXPLICAT. PSAL. CXI.

*Aleph.* **B**eatuſ vir, qui timet Dominum:*Beth.* In mandatis eius volet nimis.

Hæc eſt propoſitio, quam per totum Psalmum variis argumentis probat, vt ſuaſceat omnibus pietatem. Beatus, inquit, eſt quicumque timet Dominum. Sed quia non quicumque timor facit beatum, addit declarans, In mandatis eius volet nimis. vbi repetendum eſt, qui, vt hic ſit ſenſus. Beatus eſt vir ille, qui timet Dominum, qui ex eo timore in mādatiſ eius libentiſſimè implendis verſabitur; nam in mandatiſ velle nimis, nihil eſt aliud, niſi mandata valde diligere, & ad mandata multum eſſe affectum, ſiue in adimplendis mandatiſ magnam habere volūtatem. In ſumma ille diſcitur felix, qui & interiùs timet Deū timore ſapientio, & exteriùs promptuſ eſt, ad implenda mandata, ac per hoc iuſtuſ, & piuſ eſt.

*Gimel.* Potens in terra erit ſemen eius,*Dalet.* Generatio rectorum benedicetur.

Hæc eſt prima felicitas hominiſ timentis Deum, quòd multam prolem conſequetur. Potens, inquit, in terra erit ſemen eius, id eſt, robuſta erit eiùſ poſteritas ob multitudinem filiorum; & rationem reddet, cum addit, Generatio rectorum benedicetur, quia videlicet generatio iuſtorum ex diuina benedictione foecundiffima erit. Benedictio enim in teſtamento veteri; vt plurimum ad foecunditatem pertinet. Hæc prima felicitas non erat in viriſ iuſtiſ perpetua, ſed frequens. Scimus enim Abrahamum longo tempore in matrimonio ſine liberis vixiſſe, vt etiam filium eiùſ Iſaac, & poſtea non paucos alioſ. Sed ſi exponatur Pfalmuſ de fructu bonorum operum ex ſemine gratiæ caeleſtiſ prodeunte, felicitas erit omninò perpetua: nemo enim eſt verè piuſ, & iuſtuſ, qui non aſſiduè ſerat opera bona, ex quibuſ magnā omninò meſſem tempore ſuo collecturuſ ſit.

*He.* Gloria, & diuitiæ in domo eiùſ,*Van.* Et iuſtitia eiùſ manet in ſeculū ſeculi.

Secunda felicitas eſt honorum, & opum abundantia, quæ tamen non inducant ad peccatum, neque iuſtitiam corrumpant. Sæpè enim accidit, vt honoreſ, & diuitiæ ſuperbiam gignant, vel carnalibuſ voluptatibuſ deſeruiant, & tum non felicitati, ſed calamitati potiuſ deputandæ ſunt. Ait igitur, Gloria, & diuitiæ in domo eiùſ, id eſt, non ſolum multitudine filiorum, ſed etiam honoribuſ, & diuitiſ abundabit iuſtuſ, & tamen (quod eſt omnium feliciffimum) non corrumpetur animuſ eiùſ iſtiſ fortunæ boniſ, ſed iuſtitia, & probitas eiùſ perſeuerabit uſque in finem. Hæc etiam felicitas non eſt perpetua, ſi agatur de gloria, & diuitiſ temporalibuſ: ſed ſi de gloria interna, de bonæ conſcientiæ teſtimonio, & de diuitiſ fidei, ac de illo quaſtu magno intelligatur, de quo Apoſt. 1. Tim. 6. Quaſtuſ magnuſ eſt pietas cum ſufficiētia, id eſt, pietas ſine ſollicitudine tēporaliū, ita vt animuſ ſit cōtentuſ iſiſ, quæ habet

bet